UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

1. Canton. Prouinc. barbara, externis infensissima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

Visual Library

proximo adfuturam, & cum horologio curando quod ſibi mandatum fuerat in caſſum pecunias quæſiſſet, nauigium remiſit ad Gubernatorem cum Indo Æthiope, huiuſmodi operum docto artifice in Canara nato; ſimulque honorarium munus ei offerendum, quod vtrumque multa cum gratia accepit Gubernator.

LIBER II.

SOLVS Sciaochini dum agit Riccius, expertus eſt varias
aduerſi, & proſperi vices. Literatorum flos proſequebatur
hominem omni beneuolentia, & honore; exagitabat
populus omni barbarie. Natiuam enim barbariem, nunquam
depoſuit Cantonienſis Prouincia; Sinis quondam I.
extranea, & ſolùm confinis; iure pridem ciuium donata; nunquam Canton. Prouinc
ſatis agreſte ingenium exuta; externis verò tanto præ aliis Prouinciis barbara,
infenſa, quanto iis propior, nec eam mitigant quos ducit ex commer- externis
cio Macaenſi quæſtus, vt quò ſoli ferè pingueſcant Mandarini, carita- infenſiſſima.
tem annonæ plebs inde patiatur. Accedit perpetuus ab Luſitanorum incremento
metus, & ſuſpicio pertinax, velut ab hoſtibus in propinquo
ſitis; hinc acerba in Patres popelli odia, quæ mendaciſſimus de ſuperba
illa turri exaſperauit rumor, ſpargebatur querelis minimè obſcuris,
noſtrorum qui prope habitabant ædificari ſumptu, turris non iam vt
antea Florida, ſed Externorum cognominabatur; indignabatur ciuitas
cum ſubiectis ſibi vndecim vrbibus, ciuium ſuorum contributione perfecti
operis, gloriam omnem gratuitò externis hominibus ceſſuram.
Hos ergo Proregis, & Gubernatoris nota gratia ſeptos, non auſi de
medio tollere, condicunt inter ſe tàm dira, & improba vexatione affictare
vt compellerentur voluntario diſceſſu illam redimere, inſultant
contumelioſis clamoribus, vlulatu, lapidatione feneſtrarum, &
tectorum aſſidua, cui cum etiam pueri manus commodarent, eorum
vnum famulus intra fores pertractum, territat quaſi iudici traditurus,
adſunt breui poſt viri quidam honeſti quibus illum vrbanè humanitérque
repoſcentibus, pari comitate ſtatim eſt redditus: hanc veri puram,
& inſontem aream, ſceleſti ex vicinia ſycophantæ duo, putarunt idoneam
cui accuſationem ædificarent periuram, & atrocem, quæ in 2.
Riccij ſaltem deportationem deſineret. Fraudem concinnant, agnatum Calumnia in
pueri vafrum, & falſis aſſuetum delationibus accuſatorem inducunt, & P.Riccium.
ad illinendam accuſationi pietatem, pueri fratrem illum eſſe affirmant;
ipſi ſibi aſſumpta teſtium perſona promittunt ſe pro teſtimonio dicturos.
Accuſatoris præmium ſi cauſam vinceret, exilium Riccij, reſti-